

quod possint in terra predicta Arbi congregare consilium suum, de voluntate et consensu tui comitis, semper quando voluerint congregare illud, cui consilio tu comes interesse debeas, et in dicto consilio elligere duos sive quatuor iudices sicut eis placuerit, qui esse debeant penes te, et tu simul cum ipsis iudicibus exercere debeas et facere secundum statuta et ordines civitatis predicte, dummodo sint secundum deum et iustitiam ac honorem nostrum et communis Venetiarum ac bonum insule predice. — Et si in his que habebitis terminare non possitis esse concordes, debeas tu comes solus terminare et sentenciare iuxta modos predictos. — In criminalibus autem volumus quod tu comes debeas habere consilium predictorum iudicum, quo habito, terminare et sentenciare debeas prout tibi comiti, secundum deum et iustitiam ac honorem nostrum, videbitur convenire, exceptis crimine prodicionis, violacionis mulierum, incendii fraudolentis, raubarie ac piratice, super quibus, nulla data noticia iudicibus, tu comes solus facias et termines ac sentences prout tibi videbitur fore de iure terminandum et sentenciandum, reservata semper libertate qui- buscumque fidelibus nostris deinde possendi se appellare hic in Venetiis de omnibus sentenciis et terminationibus per te comitem factis». (Archivio di Stato di Venezia, Commissioni, VI, c. 86). Ci sembra che le norme amministrative, fissate in questi quattro limpidi capitoli, non siano proprio quelle di un regime del terrore. Conservazione dell'antico statuto municipale, libertà di riunione, diritto a legiferare, diritto alla giudicatura civile, diritto a voto nella giudicatura criminale; che cosa voleva l'a. di più? Forse oggi, il comune di Arbe ha libertà municipali più ampie? E poichè l'a. volentieri ricorre a richiami a quanto avveniva nella restante Dalmazia, anche noi, ecco, ricorderemo le parole di un umanista sibenicense, di GIORGIO SISGOREO, che, nel suo «De situ Illyriae» (ms. al Museo Correr di Venezia, cap. 16), così si esprime di Venezia e del suo governo nelle città dalmate: «Quintum supra decimum perficitur lustrum quo Illustris Venetorum Senatus Sibenicum habuit, et in eo vexillum erexit volitantis et coronati Leonis, anno salutis 1412, quinto Kalendas novembbris. Tunc aurea saecula redire visa fuerunt; tunc quasi ex cloaca civitas effecta; tunc, barbarie postposita, latina vigore coepit humanitas; tunc virtutem sugere, aetatem litterarum alimento pascere, laudabilem rem navare, probitates improbitatibus, tamquam aurum scoria purgare, pro virili sua omnes contendebant. Et utinam illud saeculum in argenteum, aeneum et ferreum, ut tradunt poetae, paulatim non descenderet hominum malitia! Verum, aetate nostra, quid foelicius quam sub Venetorum dictione vitam degere, quorum civitas semper extat libera, numquam tributo mancipata, semper Christiana, numquam ydolorum superstitione foedata, pelagi regina, diviciarum